Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40167
Copyright: Melk, Benediktinerstift



causa letitie siue sapientia dicit letitia
t ob letitiam prius in presentione mundi
et in filius hominum letitius Sicut enim
et uidit deus quia bona sunt placere pri
operibus suis gaudet per se et precepto eius es
sentia Gaudium eius suum hinc esse ostendit.
qui in consummato orbe et in filius hominum pe
letus existet Et in filius hominum ob id. qua
iam in uno adam omne humanum genus
exordium constituisset non quasi ab initione
mundi solitarius per eloquium sapi
entia sua secum et coexistente et consuma
ta coexistentione gaudente Non igno
rum autem multum et magnum ad ab
solutionem horum dictorum esse reliquum Sed
dilata a nobis potius quam dissimulata ha
beantur Plenior namque eorum tractatio p
positionibus reteris refutatur Nunc enim tum
ad id respondere quod in expositione fidei
sue uel potius pfidie ab impius dictum
est unum tantum deum a moyse predicatum.
et uere ita predicatum meminimus quia
unus deus est ex quo omnia. sed non preterea
ignorandum esse quia filius dei est. cum
idem moyses deum et deum toto operis sui
corpore sit professus Igitur uidendum est quo
modo et electio et legislatio deum et deum
pari confessionis ordine predicet Post mul
tos namque dei ad abraham allocationes.
cum adiussisset agrum patrum commoueret. concep
tum anallem dona sterilem iuuenis: annoque
discessisset a conspectu eius. ita dicit ea septuagenta locutus
Et dixit angelus domini ad agar Redi ad
dominam tuam et humiliare sub manibus eius
Et dixit ei angelus domini Multiplicans
multiplicabo semen tuum et non dinumerem
bitur a multitudine Et rursum Et uocauit
nomen domini qui loquebatur secum: tu deus
qui aspexisti me Angelus dei loquitur
Duplex autem in angelo dei significatio est.
ipse qui est et ille cuius est Et loquitur non ipse
sed in nomen officii sui Dicit enim Multi
plicans multiplicabo semen tuum et
non dinumerebitur a multitudine Ministe
rium angeli potestas multiplicandi rum
gentium credit Sed quid tunc de eo
qui dei angelus que sola deo propria sunt
loquentur scripturam testantur Et uo
cauit nomen domini qui loquebatur secum:
tu deus qui aspexisti me Primum angelum dei
et in deo domini vocauit eum nomen domini
qui loquebatur secum Dehinc tanto deinde Tu
eum es deus qui aspexisti me Cum angelus
dei dictus est idem dominus et deus est
Est autem secundum prophetam filius dei magni
consilii angelus: ut personarum distinctio
esset absoluta angelum dei esse minaupty
Cum eum est deus ex deo: ipse est et angelus
dei Ut uero honor debitus redderetur.
et dominus et deus esse predicatur Et hec quidem
primum angelum dei. demeidem postea et dominus
et deus ad abraham uero tantum deus
Totum eum iam personarum distractione pre
missa: ne solitarium error subesset absolu
tum et uerum eius nomen edicatur Scriptum
namque est Et dixit deus ad abraham
Ecce sarai uxor tua pariet filium: et uo
cabis nomen eius ysaac Et statuam testamentum
meum ad illum in testamentum
eternum et semini eius post illum De ysma
hel autem hec Ecce exaudiui te et
benedixi eum et amplificabo eum ualde
Duodecim gentes genuerit et dabo
eum in gentem magnam sumptum ambiguit
qui angelus dei dictus est idem dicit
et deus: Pariter de ysmahel primo est
Et nunc et diuinum multiplicandus ab eo
dem est Et ne forte non idem quasi locutus
esset ad agrum nunc loquitur credere eiusdem
persone significationem diuinus
primo testatur dicens Et benedixi eum et
amplificabo eum Benedictio ex preterito est
Iam enim ad agrum sermo fiebat Ampli
ficatio uero in futurum Nunc enim primum
ad abraham de ysmahel deo loquitur
Et ad abraham deus loquitur: ad agrum
uero angelus dei locutus est Deus igitur est
quia angelus dei est: qua qui et angelum dei est.
deus est ex deo natus Deus autem angelus
ob id dictus: quia magni consilii est angelus
Deo uero idem postea demonstrantur esse: ne
qui deus est esse angelus credere Se
quatur primo ordine rem Angelus domini ad
agrum locutus est: idem ad abram deo loquitur
et eodem ad utrumque fit sermo Benedicitur
ysmahel: et in gentem magnam amplifi